



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

Elogia præstantissimorum aliquot virorum de sacro Ordine Carmelit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](#)

Plures huius Ordinis *Sanctos* requirat Lector apud Vincentium in Speculo historiali lib. 21. scripsit etiam Italicō idiomate *Hortum Carmelitanum* P. *Egidius Leon.* libris duobus. Antiquitatem item & sanctimoniam *Eremitarum* montis *Carmeli*, complexus est *Ioannes ab Oudeneyvater*, libris tribus; & R. P. *Thomas à Iesu* libris duobus. Exstantq; varia eiusdem sacri Ordinis Chronica.

SCRIPTORES ILLVSTRIORES.

PRæter notissimos & sanctissimos Ecclesiæ Doctores, quorum plerique Carmelitanæ militiæ nomen dederunt, plures insuper sunt, qui scriptis suis Ecclesiam suumq; Ordinem illustrarunt; qui videndi sunt apud Petrum Lucium, Antonium Posteninum, & Thomam à Iesu.

Plura de huius instituti Sanctis, & illustri eiusdem Reformatione anno 1562. facta, per Seraphicam virginem & matrem Theresiam reperiet Lector eodem lib. 16. Theat. vit. Human.

ELOGIA PRÆSTANTISSIMORVM ALIQVOT

VIRORVM DE ORD. CARM.

Recac Doctiss, M. Franciscus de Ayala, in sermone, quem habuit in Festo Beatificationis S. M. Theresiae, in Conuentu Giennensi in Hispania, qui inter alios excusus est Matriti anno 1615. explicans verba illa Prophetæ Isaïæ: *Et erit Cap. 2.* in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes: dicit. *Mons in vertice montium, est sacra Carmelitarum Religio, ad quam venerunt omnes gentes, quia in illa fuere, ex omnista-* tum militantis & triumphantis Ecclesie, scil. Patriarç. In Ord. chæ, Prophetæ, Apostoli, Evangelistæ, Doctores, Carm. Martyres, Confessores & Virgines. Item ex omni fuerunt statu orbis huius videlicet tres summi Pontifices, septem ex omnibus Cardinales, viginti nouem Patriarchæ, Archie. statu Episcopi quamplurimi, Episcopi centum quadraginta clieſtæ,

Quotha- duo, Imperatores duodecim, qui imperio abdicato
buerit hanc Religionem professi sunt, septem Reges, Princi-
Pontifices, pes, Duces &c. ut videre est in Chronicis huius Or-
Cardina- dinis. Plures deinde Prophetas, Apostolos, Confel-
los, Pa- sores &c. refert, quos, ex diuersis Authoribus ostendit,
triarchas, Religionis huius fuisse alumnos, quoad Mar-
Archie- tyres docet centum quadraginta millia Monacho-
pisc. Episc. rum Carmel. Ord. in Palæstina & vicinis regioni-
Mart. &c. bus pro Christo martyrum subiisse, tempore Hu-
mar Arabiæ Regis, Mahometi discipulo, & quatuor
subsequentibus sæculis; præter alios innumeros,
qui alijs temporibus passi sunt.

Id ipsum sentit Leander Granatensis Benedictinus, qui postquam multis fusè probarat, ab **Elia &**
In vita **Elisæo** Carmelitarum Ordinem originem ducere,
S. Ger- eundemq; hunc esse, qui hodie in Ecclesia Christi
zrud. disc. viget, cum illo qui in Carmelo à dictis SS. Prophetis
4. §. 2. in institutus est: de ingenti multitudine Sanctorum
init. to. 1. Ordinis Carmelitici, & Cœnobiorum incremento
mirabili, sermonem admiscens ait: Existimo quod
optimè & verissimè ad hanc Religionem reduci que-
ant, omnia Orientis cœobia, omnes Viri illustres san-
ctitate & doctrina, qui ex illis prodierunt, omnes Pa-
triarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi qui Orientalem
Ecclesiam rexerunt, hi enim quasi omnes Religiosi
fuere, &c. Hæc ille, qui in fine S. eiusdem, vbi fun-
damenta asserti sui nonnulla posuerat, eadem ver-
ba repetere non dubitauit.

Illustriss. Card. Baronius **Tom. 3. an. 328.** & **340.**
plurimum extollit institutum S. ELIA dicens: Erat
in Oriente summum illud viuendi genus instar ELIA
ac IOANNIS Baptiste, cunctis hominibus, etiam Ethni-
cis, & Imperatoribus ipsis venerandum, sed & impjis
quoque Hæreticis reverendum, atque adeo cœlestibus
eius inibis admirandum: ut pote qui se in terris concives
habere latantes, cum eisdem, tanquam gentilibus suis
amicè assiduo versarentur. Factumq; est institutum
hoc, seminariū in Ecclesia Dei sanctissimorum Episco-
porum

porum ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alijs Seminatam in Oriente quam in Occidente Viri spectatissimi fuit
mi prodiere, &c.

Sanctiss.

Hanc Ordinis huius dignitatem & splendorem Episcopo-
considerans Philippus Abbas Hierapolitanus, ex-
clamat: O Carmelitarum Religio, quam magna
facta es in domo Domini? Nunquid olim à modico fon-
te ELIAE Dei Propheta principium habuisti: & ecce
nunc in magnum fluuium creuisti. Tu olim plantata
in eremo, nunc facta es ciuitas plena populo. Tu FVN-
DATOREM habes adhuc in paradiſo viuentem, & glo-
riosam virginem MARIAM, Reginam cæli, Dominam
mundi, in PATRONAM singularem. Sicut olim de te
processerunt PATRIARCHÆ & PROPHETÆ, sic nunc
de te procedunt SACERDOTES & LEVITÆ, DOCTO-
RES & EVANGELISTÆ. qui Patres & Patroni om-
nium Religiosorum facti sunt. Hactenus ille.

Et Matthæus Herbenus Traiectensis apud Pa-
leonv dor,

Tam diues est, inquit, sacer ordo Carmeliticus, mi-
rabilium gestorum antiquissimorum Patrum, ut ferè
nullus sit, qui ei se valeat comparare. Quis enim Elia
Propheta aut Elisaëo eius discipulo, unquam in omni-
bus ordinibus aut vita sanctimonia, aut miraculo-
rum gloria legitur celebratior, à quibus Carmelita-
rum Ordo initium sumpxit? qui populo venerabiles
exiterunt, Regibus etiam formidabiles. Sed quis om-
nes sanctissimos Patres Ordinis huius enumeret, quo-
rum nomina sunt in libro vita. Et post pauca. Plaude
igitur o sacer Carmeli Ordo, tanta maiorum tuorum
gloria, qui omnes superas, temporum antiquitate, ma-
iestate miraculorum. Credo ego, hic Ciceronis atque
Demosthenis eloquentia deficeret, Herodoti ac Liuij
memoria facisceret, &c.

Iosephus Antiochenus antiquiss. & grauiss. Au-
thor, qui iuxta Posseuinum vixit anno Domini 130,
in speculo perfectæ militiæ primitiæ Ecclesiæ
cap. 12. & 72. hæc habet: Perfectorum militum

Christi

Christi, id est, Apostolorum coadiutores surrexerunt
strenuissimi Viri solitarij, contemplationi dedit,
SS. Prophetarum Eliæ & Eliae sequaces, qui de
monte Carmelo descendentes, per Galileam, Samari-
am, & Iudaam, fidem Christi constantissimè spar-
runt, &c. Iosepho consentit Ioannes Grossi in Vin-
dario suo dicens: A Passione Domini anno quadra-
gesimo septimo, Eremitæ montis Carmeli, unacum
Apostolis, in multis regionibus fidem Christi consti-
ter prædicauerunt.

*Hom. de
S. Andrea
Corsin.*

*Tamaius
post notas
Chronic.*

Imo sapientiss. Franciscus Freire, Visitator ge-
neralis Ord. Minimorum & à Consil. suprem. fiduci
Senat. certissimum esse affirmat: Totam Hispanu-
fidem & conuersionem, post S. Iacobum Apostolum
deberi omnino Carmelitanæ Religionis Paribus. Hoc
ille à Flauio Dextro, Iuliano Presbytero & Luit-
prando Episcopo Cremonensi & Othonis I. Imp.
ad Constantinopolit. Imperatorem Legato mu-
tuatus est; quorum hic in Fragmentis historiæ sua
ex variorum exemplarium fide recensitis à D. Tho-
ma Tamaio de Bargas Regio Historiographo hac
tradit: Magna pars, inquit, eorum qui dispersi in per-
secutione S. Stephani ad varias partes traiecerant, &
ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis
montis Carmeli, prædicationibus Christi, & Apo-
storum ad fidem conuersis, in quibus Elpidius & Socij
Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres effeci.
Et post alia multa: Mihi addit, valde probabile est, &
legitur in Orientis historijs, Elpidium & reliquos E-
piskopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispanias, ab
ipso Iacobo baptizatos, fuisse de numero Carmelita-
rum, qui in Hispaniam & per alias Regiones Mona-
chatum introduxerunt. Istos vocat Eusebius Pro-
phetici Ordinis viros, &c. Hæc Luitprandus Frag.
171. & 256.

ABBAS Vercellensis exponens verba illa Cant. 7.
*Caput tuum ut Carmelus, inquit, Carmelus mons est
paucos atque uberrimus; idcirco propter eius emi-*
nentiam

nentiam ubertatemq; & nominis interpretatiōnem.
 Ordo in eo incaptus Seraphicus dicitur, quia omnibus
 ceteris Ordinibus p̄stantior est, de cuius plenitudine
 omnes Ordines alij accipiunt. Hæc ille. Idem paulo
 explicatius docet S. IOANNES Patriarcha Hiero-
 solym. 44. in libro de institutione primorum Mon-
 chorū in lege veteri exortorū, & in noua perse-
 uerantim, cap. 16. Carmelitas alloquens his verbis:
 Quicquid perfectionis est in hac v̄stra Religione Ere-
 mitica, à SS. Propheta Dei Elia, tanquam à primordiali,
 & principe Monachorum authore, exemplari-
 ter emanauit: & primo quidem in filios Prophetarū
 eius discipulos, deinde ab illis in ceteros nostræ
 Religionis Professores, ei tam in monastica eorum
 cōversatione, quam in locorum habitatione, succeden-
 tes. & demum ab his in reliquos alibi degentes. Sed &
 omnium Monachorum conuersatio sancta ab Elia,
 & dictis eius discipulis, filijs Prophetarum, est deri-
 uata: quamuis etiam in diuersis mundi partibus, post
 Eliam, surrexerint in lege noua diuersi Monachorum
 Principes, qui conati sunt, secundum diuersa statuta,
 sive insinuata specialia, suos discipulos principaliter
 perducere ad illum finem, & per illos gradus, per
 quos Elias ad finem, & perfectionem vita monasti-
 ca, secundum formam, per Deum ei traditam, suos
 discipulos perduxit. Propter quod predici Monachorum
 Principes, in sana doctrina vita monastica
 fuerunt velut quidam particulares riuali ab ELIA,
 tanquam à primordiali, & vniuersali omnium riuu-
 lorum fonte, deriuati. Haec tenus ille.

ELOGIA SUMMORVM PONTIFICVM DE SACRO CARMELIT. ORD.

QVI huius Ordinis splendorem, & emerita
 Elogia pro illius dignitate enarrare aggressus
 fuerit, in plura volumina laborem & argu-
 menti tam sc̄ecundi tractationem extendere oport-
 ent, Quod cum non sit ex instituto huius operis,
 in quo